Ita Universitas, Domini Dni, & Patroni, Gratiosissimi mihi ~~Colendissimi~~!

~~Perillustris ac Spectabilis Domine Vice Comes! omnesque in universum Sacratissimae Caesareo Regiae ac Apostolicae Mattis Officiales, Domini Domini mihi colendissimi!~~

Benignissimum hunc Augustissimae Reginae Nostrae indultum, sub Die 25 Novembris, Anni praeteriti, Protestantes recenter impetrarunt, ut quicunque ex illis experientiae ac studiorum suorum promovendorum gratia ad Oras exteras exire voluerint; iisdem quibus et antea permissum fuit requisitis, deinceps quoque exire liceat. Hoc ~~gratiosissimo~~ Clementissimo Dno ~~ac~~ ego etiam Regio indultu commotus, animum induxi, ut partim experientiae, partim studiorum meorum promovendorum gratia exteras Oras visitem. Quare ea qua debeo reverentia ~~Majestatem Vestram~~ Dom. universitatem rogo ~~precorque~~, ut mihi de sumtibus, qui quidem mihi partim ex Patrimonio, partim vero ex Officio obvenerunt, testimoniales literas dare non dedignentur. Qua in re si Mattas Vestra Sacratissima Testimoniales literas ad Regium Locumtenentiale Consilium dederit; ego quoque partium mearum esse existimo, ut Orem Patrem Nostrum coelestem, ut pro potentia sua, afficiat animum Mattis Vestrae robore spiritus sui. Vitamque Vestram in gloriam Dei, in ornamentum Patriae, in emolumentum denique Incliti Comitatus in annos plurimos conservet ac producat. In reliquo me favori ulteriori, ac benevolentiae commendans sum

+ ~~[illegible]~~

+ Humillime mi eo intercello, ut mihi Liber Sumptuum in adjecta Loöns Doboz Attestationes Recognitaque praeexistentia Solitas Testimoniales gratiose elargiri dignemini

Majestatis Vestrae

Servus humillimus
Josephus Nagy de Födeny
Eccl. Dobroziensis Verbi Divini Minister.

+ Humillime mi eo intercellandam duxi, ut mihi Liber Sumptuum in finem Emissum Necessariorum praeexistentia /: attestatione ad ipsum Loöns Doboz Dominum Dnie allocata Recognitione :/ Solitas Testes Literas elargiri dignemini; Quo in passu gratiosam Dnie Universitatis Resolutionem interim etiam ~~[illegible]~~ Venerabundus demisse expectans in Animi ~~humilitate~~ persevero.

10 1767.

Ad

Itam Universitatem Cottus

Békésiens Dominos Dnos

& Patronos Gratiosissimos

Humillimus Supplex

Introserti

Supplicantis